

**43. Avviso di Roma del 10 gennaio 1562.<sup>1</sup>**

... Il giorno inanzi [lunedì passato vigilia della coronatione di S. S<sup>a</sup>] Sua Santità fece comandare sotto pena della sua dignatia, che nissun cameriere andasse per Roma sen non in habitu ecclesiastico, et così tutti gli altri beneficiati in habitu di prete; et la riforma della corte, Penitentiaria, Datariato et del conclave va tuttavia intorno et sarà poco a publicarsi...

Orig. *Urb. 1039*, p. 330. Biblioteca Vaticana.

**44. Papa Pio IV a Ottavio Farnese duca di Parma e Piacenza.<sup>2</sup>**

Roma, 15 gennaio 1562<sup>2</sup>

Dilecto filio nobili viro  
Octavio Farnesiae, Parmae et Placentiae duci  
Pro fabrica Sancti Petri  
Pius papa quartus.

Dilekte fili nobilis vir salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerandam Principis Apostolorum basilicam Christifidelibus studiosius commendamus, non solum illius honori hoc damus, cui licet indigni in huius sanctae sedis administratione successimus, sed filii etiam nostris Petri basilicae, quae in Vaticano colle sumptibus aedificatur ingentibus, praeter alia privilegia concessum etiam quoddam fuit, quod ad curandam executionem pertinet eorum legatorum, quae a testatoribus ob pias relictas fuerint causas: dignum sane quod et probetur ab omnibus et ubique servetur; eo namque privilegio testatorum pia impletur voluntas, haeredum liberatur fides et conscientia exoneratur, ii vero, quibus eiusmodi legata reicta fuerint, id quod sibi debetur sine sumptu, sine labore, ac molestia sua consequuntur. Cum igitur id tam pium et tam aequum ac iustum sit, nobilitatem tuam hortandam in Domino duximus ut commissarium eius fabricae, ad curandam executionem Fuiusmodi legatorum cum his literis venientem, pro tua erga tantum apostolum devotione non modo libenter admittas atque recipias, sed etiam, ut libere commisso sibi officio fungi possit, ope et auxilio tuo, quotiescumque et ubicunque opus fuerit, in urbibus et locis ditionis tuae adiuves. Quod cum facies, sicut facturum te esse confidimus, pii principis officio fungeris et eum in coelis intercessorem habebis, cuius honori et cultui in terris in exaudicanda ipsius ecclesia debitum studium ac favorem impenderis.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima quinta ianuarii millesimo quingentesimo sexagesimo secundo pontificatus nostri anno tertio.

Antonius Florebellus Lavellinus.

*Min. brev. Arm. 44, t. II, n. 193. Ibid. n. 194* similmente al re di Portogallo, in data del 30 gennaio 1562. Archivio segreto pontificio.

<sup>1</sup> Cfr. sopra p. 202.

<sup>2</sup> Cfr. sopra p. 572.